



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCCCX. Markgraf Ludwig von Brandenburg beurkundet den Verkauf des  
Herzogthumes Estland oder Landes Reval an den Deutschen Orden für  
6000 Mark Silber, am 21. September 1346.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCCX. Markgraf Ludwig von Brandenburg beurfundet den Verkauf des Herzogthumes Estland oder Landes Reval an den Deutschen Orden für 6000 Mark Silber, am 21. September 1346.

Nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, comes Palatinus Rheni, Bauarie et Karinthie Dux, Tyrolis et Goricie comes, nec non Britzinenfis, Aquilegiensis et Tridentinensis ecclesiarum aduocatus sacrique Romani Imperii Archicamerarius, nec non ciuitatum Belluri et Veltris dominus generalis, Ad vniuersorum noticiam, tam presentium, quam futurorum, cupimus pervenire, presentibus publice profitentes, quod nos maturo consilio et diligenti deliberatione et consensu fidelium nostrorum prehabitis, libere, nulla fraude inducti, nec aliquo circumuenti dolo, vendidimus, dedimus et tradidimus jure proprio et in perpetuum religiosi viris et dominis, fratri Henrico Tufmer, ordinis fratrum hospitalis beate Marie domus Theuthonicorum Jherosolimitani generali magistro ceterisque fratribus ac ordini domus ejusdem pro se suisque posteris et successoribus ementibus et ex justo emptionis titulo recipientibus, ducatum nostrum seu terram Estonie, a domino Cristoforo pie memorie, quondam Rege Danorum, nostro focero, et domino Ottone, Domicello Dacie, sororio nostro preamando, cum vxore nostra Margaretha pie memorie nomine dotis rite et rationabiliter nobis datam, cum omnibus suis pertinentiis, hoc est castrum et ciuitatem Reualientem, jus presentandi episcopum ibidem et quicquid juris ad ipsum episcopatum nobis competit vel competere potest, Wefenberg castrum et ciuitatem, Narwe castrum et ciuitatem et generaliter omnes munitiones, que in predicto Ducatu seu terra existunt, quocunque nomine nuncupentur, opida quoque, allodia, villas, jura patronatus, feuda, homagia, vassallatus et quecunque seruicia cum omni jure, jurisdictione et dominio et cum omnibus et singulis pertinentiis et vtilitatibus, que ad dictum ducatum seu terram, tam in mari salso quam in aliis aquis, fluminibus atque riuis, viis et inuis, iheloneis, monetis, mineris, multis, multarum penarumque compendiis, ab antiquo pertinuerunt, ad habendum, possidendum, tenendum vtilfruendum, regendum et quitquit eidem magistro et fratribus eorumque successoribus deinceps placuerit faciendum, nichil nobis, heredibus aut successoribus nostris, domini, juris aut jurisdictionis in predicto Ducatu seu terra vel hominibus penitus referuantes, pro sex milibus marcarum puri argenti Colonienfis ponderis, quam pecuniam confitemur presentibus, nos ab ipsis magistro et fratribus habuisse et recepisse ac nobis integre datam, solutam ac numeratam esse, exceptioni nobis non dati, non soluti et non numerati pretii omnino renunciantes. Renunciamus etiam specialiter et expresse actioni et liti, per nos coram domino nostro, domino Imperatore, motis, ac coram quocunque alio iudice mouendis contra dictos magistrum, fratres et ordinem, super dampnis et iniuriis, in predicto ducatu nobis, ut credebamus, in rebus et hominibus ab eisdem magistro et fratribus factis et illatis, ea in posterum nunquam ad animum reuocare volentes. Nos insuper Dei cultum in ordine supradicto sperantes adaugeri, et honorum operum, que per fratres ordinis ejusdem frequenter fiunt, cupientes fieri participes, donamus ex certa scientia irrevocabiliter inter viuos dictis magistro, fratribus et ordini, quod res in presentj valet plus pretii vel valere poterit in futurum. Hanc

igitur donationem, venditionem et traditionem atque renunciationem et omnia ac singula supra-scripta, rite et rationabiliter per nos facta, antedictis magistro et fratribus pro se suisque successoribus stipulantibus promittimus bona fide perpetuo firmam, rata et grata habere, tenere et adimplere nec vnquam contrafacere venire vel infringere in toto vel in parte per nos vel alium aliqua ratione causa vel ingenio, de jure vel de facto, renunciantes in hys omnibus et singulis ex certa scientia exceptioni doli mali et in factum actioni, literis et indulgentiis apostolicis et Imperialibus seu a Romanis Regibus impetratis vel etiam impetrandis, consuetudinibus quibuscunque et in summa omni auxilio juris canonici et ciuilibus, per quod nobis, heredibus aut successoribus nostris suffragium dictisque magistro et fratribus aut eorum successoribus prejudicium possit quomodolibet generari. In quorum testimonium et robur perpetuum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero hujus rei sunt: Nobilis vir Johannes Burggrauus de Norenberg strenuque Albertus de Wolffstein, Fridericus de Lochin, Wilhelmus Bombrecht pincerna noster, Beringerus Hele marschalcus noster, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum in ciuitate nostra Tangermund anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, feria quinta diei sancti Mathei apostoli et Ewangeliste.

DCCCXI. König Woldemar von Dänemark giebt dem Ritter Otto Schenk von Schenkendorf Vollmacht, von dem Deutschen Orden noch 200 Mark Silber zu erheben, am 21. Oktober 1346.

Woldemarus, Dei gratia Danorum, Slauorumque Rex, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Constare volumus euidentius, quod si religiosus et discretus vir frater Henricus Tusmer, magister generalis ordinis sancte Marie domus Theuthonicorum Jherosolymitane, exhibitori presentis, Ottoni Scencken de Skenkendorp, militi, ducentas marcas puri argenti nostri nomine erogauerit et persoluerit, ex tunc dictum magistrum generalem, preceptores et ordinem antedictum de ducentis marcis puri argenti quitum et excusatum seu excusatos dimittimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Roskildis, anno domini M. CCC. XLVI, die vndecim milium virginum.

Aus der Dreger'schen handschr. Urkunden-Sammlung.

DCCCXII. Herzog Magnus von Braunschweig verbindet sich mit dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg auf vier Jahre, am 14. November 1346.

We Magnus, (Hertoge to Brunswig vnde Luneborch) etc., dat we vns verbunden hebben to Margrauen Lodewige van Brandeborch etc. in sulker wys,